

possent, congesſit, Si per fata licuiffet,
ſpicilegium collegiſſet vir Juvenis præ-
ſtantissimus, &, ut ut modestia singula-
ris doctrinam occultaret, in Jurispruden-
tia & Philologia Latina versatissimus, Dn.
Wilhelmus Snethlage: ſed, dum in eo
totus eſt, ut, quæ mente conceperat,
carmine (ſcribebat) feliciter & ad imita-
tionem antiquorum complectatur, virtus
& mortis Dominus manum injecit, atque
veteranum digniſſimumque Academiæ ci-
vem ad cæleſtem Panegyrin evocavit, u-
bi, ſecurus Nihil, ſe oblectat in contem-
platione E N T I S, ab omni Nihilo re-
motiſſimi. Poſtremo, hoc de me ipſo di-
cere debeo, laboraſſe in hac de Nihilo
Diatribā, Dei ſupereminentem Majesta-
tem commendare, quum per ipſum Ni-
hilum liceat pervenire ad eum, qui om-
nia, quæ extra ſe ſunt, propter ſeipſum
architectatus eſt. Alii aliud judicent, mi-
hi perpetuo placuit illud Auguſtini cap.
19. de ver. Relig. *Qui ſcire, ut ſciat, vult,*
non tendens ad altiorem finem, qui eſt Deus, va-
ne curiosus eſt. Et tamen non omnibus ſatis-
fecero? Sed parum moveor. Nullus morta-
lium, imo ne quidem humana forte augu-
ſtior